



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 173. Principum sententia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.  
A.C. 1441.

§. CLXXIII.

*Principum sententia.*

*Acta Patric.  
pag. 1592.*

Alterâ die Carvajalus, & Cusa contrario responso Segoviensis dicta infirmabant. Exinde cum Basileenses audiri peterent, haud amplius admissi sunt. Principes vero, solo excepto Trevirensium Electore tum absente, collatis consiliis cum Friderici, & Franciæ Regis Oratoribus in hanc sententiam convenere: pro pace Ecclesiæ Oecumenica congregetur Synodus, in alia tamen præter Basileam & Florentiam, vel Germaniæ, vel Franciæ civitate: ad hoc Concilium contententes partes ab Imperatore vocentur, atque Oratores nomine Cæsaris, Galliarum Regis, ac Principum ad Eugenium mittantur mense Novembri, idemque Amadæo significetur per quemdam ex suis Prælatiis: Denique Concilium omnino inchoetur Calendis Augusti anni proximi millesimi quadringentesimi quadragésimi secundi.

§. CLXXIV.

*Imperatoris consilium de negotio usque ad comitia Francofordiensiâ differendo.*

Hæc Principum sententia mittebatur ad Fridericum Imperatorem, quem eo tempo-